



~~Got. 17~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.
VI-2
SIGNAT. MDCCCXIII.

versteht.





811 C — 4

10

JOANNIS FRIDERICI SCHARFI
DEVANISSIMA
IMMUNDI MUNDI
VANITATE
DISSERTATIO.

HABITA IN ALMA PHILUREA A. MDCCC LIX. M. XBR.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is faint and difficult to decipher but appears to be arranged in several lines.



Argutum, AUDITORES, minùs
 tamen verum fortassis est, quod
 de Salvatore nostro Persarum re-
 ferunt scripta. Scilicet visum esse,
 tradunt, aliquando JESU nostro Mun-
 dum sub schemate Anùs plusquam
 decrepitæ. Hæc, sciscitante JESU,
 quot Maritos habuerit; adeò multos
 se habuisse, respondebat, ut eorum ini-
 re non possit numerum. Cui Jesus:
 numquid ergò omnes illi mortui te re-
 liquerunt? Imò verò, ingerit illa, ego
 ipsa occidi eos atq; sustuli. Tum Domi-
 nus: mirum, inquit, est, adeò insipien-
 tes esse alios, qui, cum videant, quomo-
 do reliquos tractare consueveris, tui
 tamen flagrent amore, & de aliis sibi
 exemplum non capiant. Peraptè sa-
 nè finxit, quicunq; tandem Christo no-
 stro isthoc MUNDI, vanissimi pariter
 ac infidelissimi, Emblema affinxit. Ut-
 cunq; enim Mundus hic amores me-
 ros, meras ubiq; blanditias præ se ferat

A 2

cre-

Analysis

Logico-Rhetorica.

Est hic

*I. EXORDIUM: cu-
jus Partes*

*(1) Πρότασις, à
Cbria, de Mundi A-
more fraudulento,
sed fraudis metu ca-
rente. Ex Levin.
Warner. Prov. Pers.
p. 30.*

*(2) αἰτιολογία, ἐπι-
jus*

*i. connexio, per
Cbria appro-
bationem.*

2. *Positio, per experientia Testimoniū, quod figuratur Inductione Blandimētorum.*

(3) *Προκατάληψις s. Amplificatio per Adversativam, à Fraudis inadvertentiā.*

(4) *Ἀποδοσις s. Conclusio, cum*

crepetque; nil tamē nisi venenata Thaidos tandem deprehenduntur fuisse oscula, quæ simul ac appetiveris, vitæ periculū feceris. Etenim si tot officiosis Adulantiū nugamentis, si tot undiq; cōquisitis gulæ, plus quam Sybariticæ, lautitiis, si tot titillantis Famæ applausibus, si his, inquam, vel singulis, vel omnibus universis beatos nosmet hodiè atque expletos opinamur; en! subitò, ne dicam cras, latitantem illïc experimur uncum, & fiscum periculosè pertinacem. Sed quotusquisq; dolos hose præsentit; imò quotusquisq; aliorū terretur vestigiis, omnibus antrorsum spectantibus, retrorsum nullis. Adeò omninò hïc rari, alieno qui sapiant exemplo, ut non sine re mireris cæcitatē, in tam foetidæ juxta ac fraudulētæ Aniculæ amplexûs certatim ruentium. Nobis, ne horum censeamur numero, sed ut potiùs cautiores periculi alieni æstimatores, proprii Augures, depre-

deprehendamus, accurandum est sedulo. Quandoquidem verò nosse foedam
Mundi Vanitatem, coelestium verò so- *Transitione ad Propo-*
lidam pulcritudinem, proxima ad illi- *pos.*
us quidem tædium, hujus verò deside- *II. PROPOSITIO*
rium, via est; ideoq; ut utrumque hoc *bimembris,*
tanto intimius ad pectus nostrum sese *1. posita mundo,*
penetret, meditando effectum id dare
tentabimus. Et id quidem Apellis do- *2. illustrata compa-*
cumento. Hic enim Compaspen, for- *ratione, finem Propo-*
mosissimam, multumque Alexandro *sitionis explicante.*
M. charam mulierem depingere jussus, *Cujus comparationis*
effecit tandem diuturniori ac curioso *1. τῶν ἁγίων explic-*
hoc suo intuitu, ut, quantum pulcri- *toria.*
tudinis istius commendaret tabulae,
tantum unà quoque suo tacitè impri-
meret pectori. Usque adeò, ut Mu-
lieris hujus amore tandem totus lan-
gveret, & perisset quoq; , nisi Alexan-
der, maturè id perspiciens, sortem tan-
ti Artificis miseratus, suam hanc Ama-
siam illi in conjugem dedisset. Nos
quoque, ut Mundi fastidium, amorisq; *2. ἀπόδοσις applic-*
divi- *catoria.*

A 3

divi-

*Propositioni subne-
ditur
1. Attentionis Petis-
sio.*

*6. Brevitatis Promis-
sio.*

*III. TRACTATIO
ἐξουχική
I. primi membri, de
universali Munda-
norum Vanitate.*

Ubi quidem

divini curam, menti nostræ ingene-
remus profundius; illius abjectam
Vanitatem, hujus eximiam gloriam
rudioris styli penicillo depingendam,
vel illuminandam potius, sumimus,
dicturi, quod omnia sint vana, præter
quam amare Deum. Quod nostrum
Proposuit ne vanum quoque ipsum
sit & incassum suscipiatur, benevolâ
vestrâ attentione, & attentâ benevo-
lentiâ, Auditores, effectum dare pote-
stis. Equidem, licet quæ sese hîc inge-
runt undiquaque,

-- -- adeò sint multa, loquacem ut
delassare queant Fabium:

in eo tamen ero totus, ut, quia ornate
nequeo, breviter saltem dicam.

Dum verò Mundi circumquaque
intueor formam, dum penitus omnem
lineamentorum replico ordinem, ne-
scio equidem, quid magis inibi admi-
rer, nescio, quid primò vobis, Audito-
res, spectandum exhibeam. Sistamne

pri-

primùm deformem Vanitatis abstrusi-
 oris varietatem, an verò fucorum,
 queis faciem quantivis pretii mentitur,
 fallaciam? Quanquam forsàn hæc i-
 psa separanda non sint. Fallax enim &
 stibiatum Mundi *κῆμα*, omnibus ejus
 Vanitatibus commune, Vanitatis quo-
 que numero & nomine censendum ve-
 rit omninò. Verùm enim verò, quan-
 doquidem Pictoris, præcaventis, ne vel
 fallatur ipse, vel alios fallat, prima cura,
 primus labor est, ut cerussam omnem
 detegat & detergat, nobis quoque, (qui
 Apellis documentum hîc nos experiri
 velle jam tum professi sumus) id isthîc
 negotii datum esse putamus. Tribui-
 mus proinde Mundo Mundanisque
 laudem pulcritudinis, tribuimus laudē
 magnificentæ & splendoris. Quî enim,
 quæso, alioquin ea multorum usque a-
 deò animos inelcare, usque adeò ocu-
 los excæcare possent, ut hac suâ Amasiâ
 pulcrius æstiment nihil, nihil diligant
 impen-

(1.) *ὡς ἀ-
 νασκευή, que ficit*

1. *Ordinis Rationem
 figuratam allego-
 riam à Pictoria, in
 Propositione cap-
 titâ.*

2. *ὡς ἑλπίς ἰψῆς
 implicitè tamen
 sumam à Mun-
 danorum Splen-
 dore & Pulchritu-
 dine.*

3. *ὡς ἀνασκευή
 institutam*

(1) *per Concessionem
 Pulchritudinis illius
 & splendoris.*



(2) per Pulcritudi-
nis Limitationem,
quod nimis etiam van-
a sit, quia est

a. superficialis sal-
tem & transitoria,
instar pulcritudinis
Bulle.

b. ludicra & pueri-
lis, instar pulcritu-
dinis Crepundiorum.

impensius; si omnem laudem splendo-
ris & pulcritudinis Mundanis rebus
ademeris? Sed & illud addimus: Pulcri-
tudinem illam omnem vanam esse, om-
nemque splendorem non nisi in su-
perficie hærere, ac inhiantem dicto de-
ludere citius. Bullæ pulcritudo, bullæ
splendor est; Bullæ, inquam, quam
venustissimis coloribus fictam & pictā,
sed mox dissilientem, ex aquâ saponari-
â efflat Puerulus. Vanus & insanus
Puer sit, qui bullæ hujus, præ solidæ rei,
capiatur nitore. Sunt tamen, & heu!
quàm multi, quorum oculos munda-
nus ille perstringit splendor, & demen-
tat penitus. Sed, si rectâ res æstime-
mus bilance, Pueris sunt quàm simili-
mi. Hi magna non desiderant; vilia ve-
rò admirantur. Luto factorum curru-
um, aurigarum, rotarum, similiumque
adspectu delectantur. Quod si Regem
in curru aureo sedentem, mulosque al-
bos junctos & eximium cætera cultum
vide-

viderint, ne respiciunt quidem. Sic illi,
Mundani, ad lutea, tanquam Pueri ob-
stupescunt, & res seculi magni pendunt;
verè pulcra susq; deq; habent. Pulcra
Pueris sunt Nuces, Pilæ, Tali, Globuli,
aliaque Crepundia, & magnas ob id
huic hominum generi exhibent curas,
dissidia, gaudia. Quid verò præ his
adulti sapimus? Nihil sanè, nisi quod
differat lusum materies. Utinam ve-
rò, atq; iterum utinam, in solam hanc
puerilem fatuitatem nostra Vanitatum
Mundi, cerussatæq; pulcritudinis ad-
miratio desineret! Sed eheu! quàm præ-
sentissima quoq; damna secum trahit,
quàm sæpè

noxia sub dulci melle venena la-
tent!

Sed propiùs ea contueri operæ erit pre-
tium, & apparebit, eos, qui hoc pulcri-
tudinis mundanæ schemate deliniti
sunt, non nisi vana sectari, & ut verbo

Chrysofomi utar, παντασιας εντροφαν. Pri-
B mas

*γ. Amatoribus suis
noxia.*

*(II.) Θεσεως κα-
τασκευη, que
1. connectitur per θε-
σεως repetitionem.*

2. Trahetur per Σινω

*diorum Mundano-
rum inductionem.*

Ubi inducitur

*I. Sapiencia Studi-
um, eujus*

*1. Præcellencia com-
mendatur.*

2. Vanitas probatur

*α. à Sapiencissimi o-
mnium Testimonio.*

*β. à laborum in ac-
quirendâ sapienciâ
cumulo.*

*Amplific. à contra-
rio.*

mas meritissimo suo inter mundanas
curas deferimus animi culturæ atq̃ve
Sapienciæ studio. Nihilominus exper-
tus ille Vanitatis mundanæ æstimator
& Rex, non solum ad stuporem usque
felix, sed & sapiens, (Salomonem dico)
de mundanâ quoque sapienciâ illud su-
um ingeminat: Vanitas vanitatum, &
omnia Vanitas. Sanè, tantum abest,
ut Sapiencia *ἡ σοφία*, quam vocat Scri-
ptura, possessorem suum humanis ex-
imat casibus & solidam conferat beati-
tudinem, ut molestiarum etiam sit cir-
cumcirca plenissima. Quanta, ut eam
acqviras, à primâ statim ætate devoran-
da sint tædia, quis, nisi qui sapienciæ
operam non dedit, ignorat? Quot hîc
opus vigiliis, lectionibus, auscultatio-
nibus, meditationibus? Ut veleo no-
mine quis dolere possit, quòd Sapien-
tia adeò in abdito & profundo lateat,
nec ita sese menti præbeat, ut lumen vi-
sui; sed demum per quædam quasi tor-
men-

menta laboremque intolerabilem possideatur. Sed quantulacunque etiam ea sunt, quæ sapientissimus quisque possidet? Discutiat æquus rerum æstimator semetipsum propius, & fatebitur verum esse: neminem tanta scire, quanta nescit. Quò quis altiùs in isthoc Sapientiæ Oceano provehitur, hoc à vado abest longiùs; sed & graviùs Vanitatum & molestiarum fluctibus exercetur. Etenim pluribus oneratur curis, pluribus laboribus, in statu, quem sibi sumfit, exantlandis. Quin & plures circumquaque conspiciunt foeditates ac Vanitates, ob quas non potest non inquietari, indignari, dolere. Si quis olfactu antè destitutus, eundem reciperet, sed hærens in medio cadaverum & sit verba verbo, stercoreum, is sanè eò subinde majorem experiretur nauseam, quò odora nariù vis sese exereret magis magisque. Similiter si comparatū esse dixerim cum Sapiente, nihil à vero alienum dixerimus. Quo enim magis huic men-

γ. à Sapiencia, multis molestiis conquiescit, modico.

δ. à crescente subinde, cum Sapiencia, Molestiarum & Curarum radio. Quod argumentū i. ponitur.

2. Simili illustratur, cujus (1) πρὸς τοῖς.

(2) ἀπὸ δόσεως (1) data.

(2) exaggerata, cō-
paratione impariū,
ratione tādii apud
Sapientem amplio-
vis.

e à Sapientum Eth-
nicorum exemplo.

Inducitur
per
Form. transf. à com-
par. minor.

II. Fame & Honoris
desiderium,
sujus Vanitas
1. asseritur per con-

tis collustrantur oculi, tanto subinde
foediora & vaniora in Mundo nausea-
bundus advertit. Quid? quod non
præsentium saltem malorum crucia-
tur sensu, sed & metu futurorum, quæ
certissimè tam improvidis imminere
prævidet. Et perorata profectò de Sa-
pientiæ mundanæ Vanitate his est, si
Gentilium Philosophos advocaverim,
qui sanè in Sapientiâ suâ vani facti sunt,
docente Spiritu sancto. Nec enim in
vitâ animam illorum tranquillare & be-
atè satiare; nec in morte illis prodesse
aut immortales eos præstare potuit Sa-
pientia.

Quod si ergò Sapiencia, bonum ali-
oqui præcipuum, Vanitate non vacat,
à vanitate non liberat, multò certè mi-
nus de rebus aliis secularibus, Sapien-
tiâ longè inferioribus, id asserere inte-
grum erit. Forsan Famæ & Honori ali-
quid relinquendum esse putaveris? Sed
putaveris. Perinde enim, quin & ma-
gis

gis etiam vanum est, quietam & solidam
in nominis sui fama quærere felicitatem.
Nam, ne dicam, quod is, qui nominis
gloriam sectatur, rarissimè ex voto eam
assequatur, quando quidem, instar um-
bræ, fugientem sequatur, sequentem
que fugiat; id saltem assero, quod licet
eam assequaris & invenias, quietem ta-
men non invenias. Omnis fama &
gloria, si ejus respicias amplitudinem,
arctissimis sese continet terminis. Con-
sidera angulum, in quo latitas, quanta
ejus amplitudo ad Provinciam? quanta
ad Europam? quanta ad totum orbem
habitabilem? Si ponderes stabilitatem,
fugacissimum bonum est Honor. Inte-
rit, & cum suo sæpè Autore sepelitur,
nec infrequenter quoque ante ipsum.
Quod si tamen sepulcro supersit, bre-
vis tamen vita illius est, & solâ occidit
morâ. Aut si qua tui apud seros quoque
nepotes memoria fuerit, vana etiam
ea & tibi inutilis. Ponant tibi mar-

B 3

more

*cessione & Αναδι-
ploσεως χρηματισμὸν.*

*z. Probatum, à Fao-
ma & Gloria mun-
dane*

*(a) obtinenda diffi-
cultate, figuratè
Præteritione.*

*(b) obtinenda exilitas
re, figuratè Com-
municatione & Clî-
mate.*

*(c) transitoria fu-
gacitate, amplificati-
onè οὐρα & εἰσομῆ &
Gradatione.*

*(d) vana Utilitate,
illustratâ simili à Pi-
ctura famosa.*

*(e) noxiâ Pericu-
lositate & infelicitate,
probatâ exem-
plorum experientia.*

more Numidico, Indico, Cretico vel
Lunensi nobilissimo, ponant ære Cy-
prio aut Campano statuas, factorum
præmia; & hæc quoque peritura & in-
stabilia, quia à perituris & instabilibus.
O ergò miserè beatos, qui ad quamli-
bet auræ popularis mutationem, suâ be-
atitate carere coguntur! Sed æstimabis
forsan gloriæ atque famæ utilitatem?
Verùm si æquo iudicio æstimabis, va-
nissimam eam utilitatem quoque de-
prehendes. Quid enim de humanâ
laude & gloriâ plus referes, quam lau-
data Apellis pictura? Quid homine
homo melior inde, quod ab alio æsti-
mator major? Parum ergò honor pro-
dest; sed sæpè nocet plurimùm. Cui
enim qui Historiarum versat monu-
menta, vel saltem rerum magistrum,
experientiam consulit, ignotum esse
potest, quàm magno gloria sæculi sæpè
luenda, quàm infelici ferè exitu signen-
tur dignitates, quamque vel hîc maxi-
mè

mè præcipitia summis adjaceant? Sciunt Catulli, Cicerones, Cæsares, sciunt alii. Sufficit, te tibi notum esse, & quod maximum, DEO tuo.

De reliquis cæterùm, quæ hominum versat cura, vix opus est quicquã dicere, quantum in iis experimentum sit Vanitatis. Divitias, quibus tam anxie inhiant mortales, consideres velim. Veramne illæ & solidam animo præstent tranquillitatem, quæ externos saltem sensus pascunt, animum non juvant, imò magis inquietant. Quantus enim in earum acquisitione labor & inquietudo, ne nocturnâ quidem quiete terminanda! Quantus in acquisitione, 1. in Acquisitione, 2. in Possessione, 3. in Amissione. 4. in Amissione. Quantus in earum possessione timor, anxietas, periculum; adeò, ut majori tormento possideantur, quàm quærantur! Quantus denique in earum amissione dolor! Unde nec fixam stabilemque præstant beatitatem, cum extra fortunæ manus positæ non sint. Dubiæ,

III. Divitiarum

Quæstus.

Cujus Vanitas probatur

(1) ab Animi Inquietudine, quam causantur Divitiæ

1. in Acquisitione

2. in Possessione

3. in Amissione

(2) à fortuna in Divitiis ludibrio, earundem incertitudine.

(3) à damnorum & periculorum ex divitiis pullulantium amplitudine.

Conclusio, figurata Ironiâ.

IV. Deliciarum & Voluptatum apparatus.
Cujus Vanitas præbatur
a. A beluinâ fœditate.
b. A solius Corporis Oblatione.

biæ, incertæ, dominum fallentes, & in spe divite mediâ non rarò fraudantes. Quantum damnis ingemiscunt divites, exclamat Seneca. Et utut nihil Fortuna detrahat, quicquid non acquiritur, damnum est. Quis præterea spondeat alteri, opes ipsi in interitum non futuras? Magna hominum pars iis cadit & infelici exitu pecuniam signat. Recense deniqve vitia non ab hac ferè Matre nata? uberibus hujus pasta? utero fota? Pecunia, interprete Seneca, Fora fatigat, Patres liberosque committit, venena miscet, gladios tam percussoribus, quàm Legionibus tradit. I ergò, & beatos arbitrare, quos divitiæ circumfederunt. I, & à Vanitate exemptos proclama.

Sed quid, inquis, de voluptatum deliciis? Heu voluptatum Vanitatem! heu, vanitatem omnium maximam! Beluinæ illæ sunt & à recta ratione frequenter absunt quàm longissimè. Corporis aliquando quies & delectatio esse possunt, anima nun-

mæ nunquam. At quàm breve quoque illius delectationis & gaudii momentũ ! Cesfante enim voluptatis operatione , cessat & sensus. Unde Scriptura dormientium vocat somnia, spumam atque fumum. Ita nim. citò, ita facilè voluptates transeunt. Sed utinam extremum luctus non occuparet ! Utinam dolorem non relinquerent ! Quod optaveris potiùs, quàm speraveris. Quot enim quantosque à Deo abducunt ? Quoties animũ blandæ hæ dominæ à Virtute detorquent ? Ne dicam, quod saucient, veluti mucrone, conscientiam, cujus dolor omnium est maximus. Vitæ quoque ipsi infestæ sunt, & urgentibus exponunt periculis. Nam vel mille absurda & illiberalia committenda priùs, quàm voluptuosas expleras Mundi illecebras. Hæc est, Auditores, universalis illa omnium Mundanorum Vanitas fraudulenta & noxia; hæc est Mundanorum, globosâ Mundi figurâ non malè significata, instabilitas fluxa & transitoria. Quapropter Vanitatibus hisce sublunarium probè exploratis & perspectis, ruat, ruat spontè statimque

C

pue-

γ. à fugaci brevitate, probata appellationibus ex Es. 29, 6. Sap. 1, 9. 10. &c.

δ. à variâ nocivitate.

*Conclusio repetitor.
Membri primi.*

Transitio ad membrum secundum, per adhortationem ad detestandum Mundanorum amorem, amplectendum vero Cælestium.

*Tractatio Secundi
Membri,
de
Amoris divini sub-
limitate.
Ubi quidem
amorem Dei omni
carere Vanitate,
declaratur
I. absolutè & in ge-
nere
a. comparatè & in
specie,
(1) per Pulcritudinis
fucata remotionem,
Solidaq; assertionem.*

*(2) per Sipientia
vana remotionem,
veraq; assertionem.*

*(3) per Gloria ex-
cellentioris probati-
onem.*

puerilis noster erga hæc omnia amor,
ruat delectatio & fiducia; Mens verò no-
stra, omnibus istis sublimior, nobilior om-
nibus, ad Numen immortale sanctè
amplectendum eò inflammetur ferventi-
ùs. Vanus sit & stolidus, qui Vanitatis
pertæsus, ad veram solidamque non ad-
spiret & ingemiscat felicitatem, qualis
est, vacare Deo suo & amori sancto ipsi
adhærere. Hoc unum illud bonum est,
quod vanum non est. In reliquis munda-
ni si finem & requiem posueris, vitam
finies prius, quàm id, quod in illis quæ-
ris, inveneris. Pulcritudo illorum super-
ficiaria est & cerussata. At verò in amore
Dei solo solida est pulcritudo & integer-
rima. Non oculos hæc extrinsecus sal-
tem pascit, sed altiùs penetrat splendoris
ipsius majestas, ut mentem ipsam intimi-
ori oblectatione perfundat atq; mulceat.
Sipientia mundana est Vanitas negotio-
sa, & splendida miseria. At verò amare
Deum vera est Sipientia, quæ omni Va-
nitate, omni vacat miseriâ. Gloria & ho-
nor seculari s exigua, & insuper dubia
prorsus est felicitas. At verò amare De-

um ve-

um verè gloria hominis excellens, ut pi-
us inde omnibus evadat eminentior. Ni-
hil enim altius, nihil sublimius in orbe,
quàm Deus, mensq; in Deo defixa. Divi-
tiæ quid nisi inquieta sollicitudo, & sus-
perba inopia? At verò amor in Deo de-
fixus est quietus ille thesaurus, omni exu-
ens amantem penuriâ, omni locupletans
abundantiâ. Qui de magno altoq; mon-
te circumjacentes dispicit Regiones: Pa-
latia arcesq; magnorum regum parva &
exilia Tuguria ipsi videntur, hominesq; ve
proceri Pusiones. Pariter mens amore
Dei in cœlum sublata, ac exinde cuncta
hominum bona contemplan, ridet ter-
rena omnia nulliusq; æstimat, tanquã
vilia & exilia. Possidet quippe bonum,
quo nec æstimatione quodquam aliud
pretiosius, nec utilitate fructuosius, nec
stabilitate diuturnius, nec splendore pul-
crius. Hic in amore Dei deliciae maxi-
mæ, hic deliciae minimè noxiæ, sed pro-
ficuæ maximè. Quæ enim major volu-
ptas, quod gaudium solidius, quam Deo
amore constanti adhærere, cum eo collo-
qui, consilia ab eo expetere, auxiliumq;
in omnibus expectare certissimum,

(4) per Divitiarum
præstantiorum exhi-
bitionem, figuratam
comparatione simi-
lium.

(5) per Deliciarum
innoxiarum præ-
stationem.

C a I O

IV. CONCLUSIO

1. ἀνακεφαλαιωτική, in Subjectorum, Deum amantium, & vana sectantium, descriptione.

2. το Ἰουδαϊκὴν ἀδ' ἀμωρὴν Θεοῦ, cum voto pro illo in nobis accendendo.

ô felix Hominum genus,

si vestros animos amor,

quo coelum regitur, regat!

Vanus, stolidus, inglorius, pauper & veri gaudii, verarum deliciarum expers eris, ubicunq̄ue fueris, quocunq̄ue te verteris, quantacunq̄ue sciveris & possederis, quomodocunq̄ue clarueris; nisi Deum tuum amaveris. Huc ergò, Auditores, huc mentem vocate, Deoque vacate, quod solū vos à vanitate liberos præstare potest ac præstabit. Volate piis vocibus, ardentibusque votis ad coelum, & amorem hunc sollicitate:

Da, Pater, augustam menti conscendere sedem, (pértâ,

da, fontem lustrare boni, da, luce re-
in Te conspicuos animi defigere visûs.

Disjice terrenæ nebulas & pondera
molis,

atq̄ue tuo splendore mica. Tu namq̄ue
serenum,

Tu requies tranquilla piis, sapientia,
splendor,

divitiæ, Tu delicia. Te pectore puro,
principiū nobis fac sit, sit finis, amare!

D I X I

II. Stylo ligato, eoque (I.) Ebraeo,

In Carmine שיררנני quod vocant,
& in specie quatuor Regionum.

Versio :

1. הכל רקים וכל הכל
נאם בן חכמת שכל :
2. ולא עין ראות תשבע
ולא אזן מלאה שמע :
3. בטוב מות על—עפר זכל
וריקם הון וכל הכל :
4. אדני איש אהבך
אהב אהו כקנצין :
1. Vanitas Inanitatum (vanitatum)
& omne Vanitas :
Dicitur (est) Filii Sapientia semita.
2. Et non (i. e. nec) oculum ad spectus
satiat ;
& non aurem implet auditus.
3. In bono (in opibus) mors (est) su-
per terram habitanti ,
& vana opes , & universū vanitas.
4. Deus , ē homo , amores tui (sint)
dilige eum , veluti fines tuos.

II. Syro,

In Carmine שירמשבח quod vocant,
& in specie trium Regionum.

1. כל יבתיא תלא בלא
אנא בלא סולא :

2. כלסא משהו בלא מלא
כלא וכלא אנא וכלא :

Versio :

1. Omnia bona universi Mundi
sunt mendacium & imago (i. e. mendax imago).
2. Solus amor DEI (de verbo: qui ad Deum)
non imago est dolosa.

III. Greco:

(III.) Græco,

In versu Anacreontico ἐγγύθμῳ.

Versio :

Ἄπαντ', ἃ δὲ πρόρη
βυλῶν βροτοῖς, θεωρεῖ,
καὶ εἰπέν' ἐστὶ χῆμα
ἅπαντα, καὶ πόνημα,
πόνημα σαμμάταμον,
καὶ χῆμα μὴ βέβαιον!

Ὁ μὲν νόον κομίζει,
τέχναισι ἐγχερίζει·
ὁ δὲ φρονεῖ τὸ σῶμα,
καὶ ἠδονῶν τὸ βρῶμα.
ἀλλ' εἴτε λαμπρότητα
φρονός, εἴτε ἠδότητα
φρονεῖς, ἔπιτροπαῖα
ὅλως πέλει ματαῖα.

Ἄπερ δίδωσι Πλῦτος,
ἐνασμενίζει ἔτι·
τέρπει ἔπειτ' ἐκείνοι
τὰ πρὸς κλέος φαεινόν.
ἀλλ' εἴτε Πλῦτος, εἴτε
κλέος τις ἀν' μελεῖται,
αὕτη ἔπιτροπαῖα
πάλιν πέλει ματαῖα.

Τέχνη καλὴ μὲν δὲ,
βιωφελῶν τε μεσῆ,
ψυχὴν δὲ μὴ γεμίζει,
ψυχὴν μὴ ἀτρεμίζει.

κῆδος δὲ πρὸς τὸ ἠδῶ,
ὀλέθρος ἐστὶ κῆδος.

Πλῦτοιο πᾶν τὸ χῆμα
σιγμαῖόν δὲ χῆμα.

κλέος δὲ, ἠδὲ δόξα.
κενή καὶ ἀμφιδόξα.

Πᾶσ' ἐν ἔπιτροπαῖα
τέρπει πέλει ματαῖα.

*Omnia, quæ sunt pro
consiliorum mortalibus, adspice,
& dic: Sunt schema
omnia, & labor;
Labor per omnia vanus,
& Schema non stabile.*

*Hic mentem exornat,
Artibus immoratur (insenscit):
ille curat corpus,
& voluptatum escam.
Sed siue splendorem
Mentis, siue Voluptatem
cures (cogites); sollicitudo
omniud est vana.*

*Quæ largitur Plutus,
in iis sese delectat iste;
delectant vicissim illum,
quæ faciunt ad gloriam splendidã.
Verum siue Plutum (divitias), siue
gloriam quis curet,
ipsa hæc cura (sollicitudo)
iterum est Vana.*

*Ars quidem honesta est,
& utilium ad vitam, plena;
Animã verò non implet (satiat),
Animam non tranquillat.*

*Cura voluptatis,
Perniciei est cura.
Divitiarum omnis possessio
momentaneum schema.*

*Gloria verò & honor,
Vana & anceps.*

*Omnis ergò cura
circa hæc est Vana.*

Unum

Εἰὸς ἢ ἴσ' χρεία,
 εἰὸς ἢ τῆς λεία
 Θεόν, τὸ πᾶν διδόντα,
 πάντος, Θεόν, κρατύντα
 εὐλικρινῶς φιλεῖσαι,
 εὐλικρινῶς τιμῆσαι
 φιλεῖσαι ὡς διδόντα
 τιμῆσαι ὡς κρατύντα
 αὐτῆ ἑπιτροπείᾳ,
 ἢ μὴ πῶλε ματαία.

Ταῦτα γὰρ ἐστὶν ἔργα
 κήδους φέρει βραβεῖα
 βραβεῖα σαμμέγιστα,
 πάντων βραβεῖ' ἀρίστα.

φιλεῖν Θεόν ἢ δῶρον
 μέγα φέρουσα σωρὸν,
 πᾶν πρὸς φέρει ἢ δὲ σῶμα
 βίῳ Δεξίωμα.

Unum vero est necessarium,
 unius cura (est necessaria):
 DEUM, omnium datorem,
 DEUM, omnium Dominum
 sincerè diligere,
 sincerè honorare:
 diligere tanquam datorem,
 honorare tanquam Dominum.
 Hac cura
 nequaquam est vana.

Hujus rei n. opera (hujus n. rei operam
 Opera fert Brabéa, dare)
 Brabéa omnium maxima,
 Brabéa omnium optima.
 Amare Deum, donorum
 magnum fert cumulum,
 Omnem (scilicet) quæ mentem &
 Vita Felicitatem. (corpus)

(IV.) Latino,
 In versu Trochaico, eoq; Dicolo.

Heu! quousque Somniorum,
 cæca Gens, Imagines;
 Heu! quousque vana rerum
 deperis Ludibria?
 Non, decora pulcriorem
 Forma vincens Nireæ;
 Non, vel Auri, vel superba
 dives usus Purpura;
 Non, peragrans vasta Terræ
 vel Maris Pes climata;
 Non, celebris ex Minervæ
 Mens honestis Artibus;

Non, voluptas sumtuoso
 Corda mulcens Gaudio;
 Non, Eo nota Soli,
 Fama, nota vesperi;
 Non hic Orbis, æst mandam
 dant Beatitudinem.
 Vana sunt, caduca, fluxa
 cuncta, quæ sic deperis.
 Vanus Orbis, vana Fama,
 Vana cordis Gaudia:
 Vana Mens, Pes vanus, Auri
 Splendor & Potentia;

Formæ



Forma vana, vana cuncta,
 Vanus, hæc qui deperis.
Cultioris Flos nitoris
 quàm repentè decidit!
Massa vitri splendentis
 pollice uno frangitur.
Bulla, dum sinu tumescit
 fulgido, mox rumpitur.
Umbra blandiens Quietis
 Administra, mox fugit.
Flore, vitro, Bullâ & Umbrâ,
 æquius rem ponderans,
Vaniora deprehendes,
 Vane, quæ Tu deperis.
Ecquid ergo vana frustra,
 quid caduca cogitas?
Una verè quit beatam
 Cura mentem reddere:
Mente totâ, corde toto,
 Numini se tradere,
Hujus æstare sanctis
 continenter ignibus,
& sacrarum ad Jussa Legum
 Facta cuncta fingere,
ô beatum ter quaterq; &
 ô beatum centies,
Orbis omnibus relictis
 splendidis qui sordibus,
Numini se corde toto in
 servitutem dedicat,

Ut fruatur sacrosanctis
 his satis complexibus!
O beatum ter, quaterque, &
 ô beatum centies,
Cui quies est Numen una,
 Spes, Opes, Hæreditas;
Cui Scopus, Decor, Voluptas,
 cui Salus & Gloria!
Voce, vultu, plausibusq;
 monstrat ille gaudium.
Sortis hunc vicissitudo
 de statu non dejicit.
Mens quiescit, mens amoris
 roborata vinculo.
Circulo tandem voluto
 destinati temporis;
Migrat ad quieta cæli,
 cum piis, Palatia.
Sit soli potens, saliq;
 Sit beati nomine
 quis superbus; hoc amore
 casus, est miserimus.
Te, Deus, mens quærat unum;
 cæteri sit immemor!
Ignem cor succende, labes
 excoquente noxias!
Nulla vis amoris æstum,
 nulla fraus contemperet;
Sed magis magisq; crescat
 temporum successibus!

(V.) Germanico,

In versu Masculino - feminino.

W Er fällt / O Prediger / doch deinem Spruche hey /
 Daß / was hier die Natur umbarret / eytel sey ?

Nicht

Nicht eitel ist / sagt der / gellebt von vielen werden /
Der : daß ein schlechter Mann durchs Glücke von der
Erden

in Ehren-Stul ansteigt / und gehn Ihm Diener nach /
ist angesehen / und wohnt in Königes Gemach.

Der : Salomonis Witz. Ein ander : Midas Sü-
ter.

und was für Gauckeley sonst blendet die Gemäther.

O Himmel weit geirrt ! Was ist doch Menschen Gunst ?
Beschau sie nur recht / sie ist ein blosser Dunst.

Das Glücke pfleget den bis Wolcken an zu tragen /

Doch daß es besser ihm den Hals entzwey kan schlagen.

Ach die betriegligkeit ! Jetzt walzt es her / jetzt hin /

Bald muß ihm der vom Thron in eine Schule ziehn.

Der schleust die Lebens-Zeit mit drey und zwanzig Sti-
chen.

Wie viel der Helden sind in frembden Sand verblichen ?

Wer auß Studieret hat des Glück's betriegligkeit /

Der fleucht von des Altar wohl tausend Meilen weit.

Was ist Gelehrter Witz ? Der Todt raubt uns die
Sinnen.

Man weiß / was böses Ding die Midas Brüder
spinnen.

So sieh nun frommer Mensch / wie hier gefehlet ist /

und das es eitel sey / was diese Zunft erkieset.

Ja eitel Eitelkeit ; ohn nur allein Gott lieben /

und thun / was Er im Wort' uns selber vorge-
schrieben.

F I N I S.

D

Cum aliquid restaret chartæ, visum est ad eam complendâ sub-
jicere Gallorum & Itatorum dicta, seu mavis effata.

Gallo namq; (qui alias ob munditiem mundanasq; conversationes, ac
singularem affectum erga mundum primas fert & tenet), fastidio
displicet Mundus, ut ajat :

Ce monde est comme une hostellerie où le diable est
hostelier, les gens de bien y sont mal traictez, & les
meschans bien servis & honorez,

Et paulò post adjicit :

Ce monde est une cage à fols.
Stultorum cavea mundus.

Porro magis magisq; vana & mundana considerando, ac animum
demittendo exclamat :

Après la feste gratte ta teste,
quod Poëta ita canit :

Mundanis semper succedunt tristia lætis.

Et quid multis ? ut omnia uno comprehendat ac det, summam po-
nit :

Tous les honneurs mondains ne sont rien que du vent:
& les biens & les maux mondains sont plus imaginaires
que reels.

Ideoq; clausulam amat :

Il ne faut pas aimer le monde, mais plustost l' Auteur
du monde.

Italum quod attinet, cujus quidem letitie delitiæq; mundane, qui-
bus utitur & fruitur, depinguntur, quod sint delectabiles, admira-
biles, adeoq; admiranda, ut vulgò nomine Paradisi mundani in-
signiantur; is tamen his omnibus defatigatus lubens Gallo porrigit
dextram, ac ingenuè fatendo eloquitur :

Questo mondo è fatto à scale,
Chi le scende, e chi le sale.



Ung VI ♀

= Occasionalia

Vol. 1^M

ULB Halle 3
005 425 59X




hony

St

3







10

FRIDERICI SCHARFI
ANISSIMA
UNDI MUNDI
NITATE
DISSERTATIO.
MA PHILUREA A. CIJ IJC LIX. M. XBR.

